



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Decennium Apostolicum S. Francisci Xaverii Indiarum II.
Japoniarum I. Apostoli**

Nevhvsii, 1689

Annus Tertius. Christi MDXLIV. Xaverii XLVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43989

¶ (9) ¶

quām Israël:
Decem partibus major ego sum?

^{z Reg. 19.}

Annus Tertius.

Christi M D X L I V.

Xaverii XLVII.

Françisce hic pastoralis cura annus est, quando
tuum rursus visitas gregem ad maris littora,
tum contra irruentes lupos Badagos defendis, di-
spersum colligis, afflictum conquisitis undique sub-
sidis foves inter Tutucurinenses scopulos; profe-
cto etiam adversario Tuo spoliato atque egenti
subvenis charitate: subinde ovili capita addis non
pauciora decem millibus lasso per frequentem ba-
ptismum brachio. Excursione etiam in Machoas
Saracenosque factâ, Tranvancoridem universam
in mandros Christi colligis. Totum interim bar-
barorum exercitum uno vultu rug percellis; Mar-
tyrum tamen etiam primitias (Patruo pago inte-
gro à te converso, tum profide vera mactato)
transmittis in cælum. Hic quoque illud boni pa-
storis enire specimen, cum ad molliendum perti-
nacem militem impactis in insons tergum Tuum
immanibus flagris sanguinem prolicis, generosus

A 5

inter

inter palmas expugnatæ duritiæ triumphator. Adamantina nunc quoque Magne Pater (& hoc Tibi iterum nomen accedit) corda, vel sudoris vel sanguinis Tui merito emolti !

Decem Magnitudinis Xaverianæ,
in prodigiis excellentiæ.

Magnum Patrem conclamant Te
Scopuli & littora, Xaveri;

Hec magnitudo virtutis est. S. Ambr. in Luc.

I. Magnū fugati prædicat morbi & dæmones
per Nosocomia;

II. Magnum deserta variis eodem tempore
idiomatis resonantia, vocali Echone referunt.

III. Magnum cundem replicatum duobus in
locis stupent navigia;

IV. Vaticinia, occultorumq;

& absentium oracula loquuntur magnum;

V. Magnum, imo Giganteum, stupenda facit
de terrâ sublevatio ac sublimitas.

VI. Magnū in fßenandis tempestibus maria;

VII. Aër in ciendā lapidū cinerumq; pluviam;

VIII. In sistēdo sole, ad Josuæū exēplū, polus;

IX. Terra in reddendis

(ad quod Vi Tua cogitur)

Viginti quatuor mortuis, magnum suspicit;

X. Ma-

X. Magnum denique nos,
 & vel maximum in Xaverio vivo mortuoq;;,
 Te Xaverium veneramur.

Hæ excellentiæ, Basæ illæ decem sunt,
 decennalis apostolatūs magni
 sustentatrices. 3 Reg. 7.

Annus quartus.

Christi M D X L V.

Xaverij XLVIII.

IN Cinnamomi messem gemmarumque piscatu-
 rame evocat Te, Apostolice Zelator, dives utroq;
 Ceilanus; ubi ex itinere ad Proto-Apostoli Tui
 Thomæ monumentum peregrinantis more conten-
 dis, novos è sacriscineribus ignes lecturus. Et
 verò hi adeo Tuo Te agglutinasse videntur Colle-
 ge, ut noctes integras ad Thomæ aut Mariæ aram
 adhæscens, neque ineptis dæmonum interpella-
 tionibus, neque plagis crudelibus posse avelli. Ma-
 lacam subinde depravatam penitus, & verbis &
 factis admirandis reformas, quam sub solis occa-
 sum obiens incolas nolâ excitatos pro exoranda
 animarum purgantium lethaliter ve peccantium
 salute admones solenni carmine.

Memo-